



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

IX. An Episcopus limitare possit licentiam audiendi confessiones, quoad
loca, personas, ac tempus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

centes, aut cupientes administrare Sa-
 cramentum Pœnitentiæ Clero ac popu-
 lo potestati Episcopali subiecto, licet in
 propria Domo Regulari lectiones aut
 ejusmodi conferentias habeant: ut scil.
 melius instruantur, ipseque Episcopus,
 vel alter Eius nomine præfidens, certi-
 ficetur, quas opiniones teneant, &
 qualem praxin in directione spirituali o-
 vium Episcopo commissarum obser-
 vent.

CAPUT IX.

An Episcopus limitare possit li-
 centiam audiendi Confessiones
 quoad loca, personas, ac
 tempus?

160. Idonei generaliter & illimitatè sunt ap-
 probandi.

161. Post temporis lapsum, aut revocationem
 licentiæ, nec licitè, nec validè absolvunt.

162. Differentia inter limitationem ad lo-
 cum, & restrictionem ad personas ac tem-
 pus.

160. **S**I Regulares ab ordinariis locorum idonei reperti & probati fuerint, determinandum non est, quin generaliter & distinctè, absque ulla limitatione temporis, certorumve locorum, aut generis personarum, in propria Diocesi admittendi: De cæteris verò, quibus adeò idonei reperientur, ordinariis arbitrio relictum est, tales cum limitata facultate probare & admittere, præ iisdem ordinariis magis expedire arbitur.

161. At quid si Episcopi, ut passim in Italia nunc fieri solet, omnes Regulares limitatè solum quoad tempus admittendi certè tunc lapsò tempore revocaverunt Regulares ab Episcopis ad idem examen; imò etiam licet tempus præfixum nondum omnino finitum sit, ita ut post temporis lapsum, aut licet revocationem, ejusmodi Regulares non potest approbatione ac jurisdictione admitti, nec licitè, nec validè munus

prosequantur; nisi facto recurſu ad S. ſedem (cui uni cauſam adhibitæ limitationis explanare tenentur) Episcopi Religioſos illimitatam approbationem merentes generaliter ac indiftinctè admittere jubeantur.

162. Cæterùm notabilis eſt differentia limitationis ad locum, & restrictionis ad tempus ac perſonas; prima namque E. G. facta hoc modo: *Facultatem tibi facimus adminiſtrandi utriuſq; ſexus fidelibus Sacramentum pœnitentiæ in Eccleſiis tui ordinis, atque etiam graviter agrotantibus. vel in ſuper: & in aliis quoque Eccleſiis de ipſorum Rectorum conſenſu &c.* maximè cum reſpiciat exercitium jurisdiſtictionis voluntariæ, non eſt ablativa facultatis validè abſolvendi, ſed illicitam reddit adminiſtrationem, modumque ſolummodo præſcribit ac ordinem abſolvendi, ne parochorum & aliorum jurisdiſtictio perturbetur: altera reſtringit approbationem ipſam, propter inſufficientiam Confessariorum ple-

rumque, ut se magis habiliter, & quilibet forsitan crebro accidere possint, citra grave periculum animarum adsciscat. Unde sicuti solum daretur approbatio pro Ecclesijs ruralibus, ea magis videretur limitatio personarum, quam loci, non tam facta ad evitandas discordias, quam ob defectum majoris scientiæ, quæ in confessario urbis requiritur.

CAPUT X.

De cura infirmorum temporis
Pestis.

163. Parochi cum periculo vita succumbentur omnibus sibi commissis; & tempore Pestis saltem per idoneum substitutum.
164. Quid ordinatum à S. sede de Episcopis tempore Pestis?
165. Instructio Parochi pro pestiferis exprobandi?
166. Quid de Regularibus exemptis dicendum sit?
167. Qua providentia nuper adhibita Berga & Meribole cum Religiosis exemptis?